

## Ego Thomas

VITAM AD DEUM dirigens conditori, qui creaturam sibi quasi oppositam ut amicam exaltavit, magnanime respondeo et, officium creaturae suscipiens et animam meam in explicatione libertatis secundum vocationem eius dirigens, invitationem eius toto pectore accipio.

Deus enim, haud satis habens mundum condere, Filio incarnato et Spiritu effuso et Ecclesia condita una cum sua creatura iter facit. Itaque ordinem quasi supranaturalem erigens Aeternus Pater nos ad participandam vitam divinam elevare decrevit,<sup>1</sup> Filius Dominus nos redemit et in novam creaturam transformavit,<sup>2</sup> Spiritus Sanctus lumen gratiae in cordibus nostris accendit. Hoc regnum salutis, iam praesens in mysterio,<sup>3</sup> in Ecclesia veluti sacramento seu signo et instrumento intimae cum Deo unionis explicatur,<sup>4</sup> ut, his in terris germen et initium dum paulatim crescit, ad regnum consummatum anhelet.<sup>5</sup>

Ad novum Dei populum vocati<sup>6</sup> et per baptismum in Ecclesia incorporati,<sup>7</sup> Ecclesiae conditionem, cuius proprium est esse humanam simul ac divinam,<sup>8</sup> admirantes, vere filii Dei et consortes divinae naturae<sup>9</sup> his in terris peregrini versamur. Spiritus ipse Sanctus dona sua dividens singulis prout vult<sup>10</sup> inter omnis ordinis fideles distribuit gratias quoque speciales, quibus illos, de munere

Christi participantes, aptos et promptos reddit ad suscipienda varia opera vel officia,<sup>11</sup> ut secundum varietatem personarum diversitas viget membrorum et officiorum.<sup>12</sup> Ecclesia enim, quae indefectibiliter sancta creditur, ex divina institutione, mira varietate ordinatur, dum non omnes eadem via incedunt, omnes tamen ad sanctitatem vocantur.<sup>13</sup> Haec autem sanctitas a Deo, qui solus est omnis sanctitatis fons et origo,<sup>14</sup> oritur et multiformiter exprimitur apud singulos, qui ad perfectionem tendunt.<sup>15</sup> Quoniam scriptum est : « Sancti estote, quoniam ego Sanctus sum »<sup>16</sup> et « Haec est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra »<sup>17</sup>.

In variis vitae statibus et officiis una sanctitas excolitur, ut unusquisque vero secundum dona et munera per viam fidei vivae incunctanter incedere debeat.<sup>18</sup> Proinde me oportet sanctificationem vivendo tenere atque magis perficere. Itaque vita mea, ipse Deum sequens et corde aperto semper oboediens, imprimis tribus modis - in quantum mihi videtur - proprie explicetur.

Quorum primus in via scilicet contemplationis agitur, ut cor, unum necessarium quaerens dum montem ascendit, ad Deum dirigatur et apud Deum parrhesia versatur.

Alter autem, Spiritu auxiliante, qui in omnem veritatem inducit, dum res fidei cogitantur etiam speculando illustrantur, ut veritas magis comprehendatur, sacrae doctrinae studet et proinde via theologiae nominatur, quae in nuntiando et praedicando finiatur.

Tertius denique sacrificium laudis Deo decet cantare; sacram enim liturgiam celebrantes, in qua opus nostrae redemptionis exercetur,<sup>19</sup> liturgiam caelestem praegustando participamus, quae in sancta civitate Ierusalem celebratur.<sup>20</sup> Haec enim liturgia est culmen, ad

quod omnis actio tendit, et simul fons, unde omnis eius virtus emanat.<sup>21</sup>

Hoc itinere triplici, quod totum gratia sustentatur, quod tamen magnum flagitat spiritualem ardorem, gressus noster, qui inter persecutiones mundi et consolationes Dei peregrinando procurritur, necesse est speditior fiat, quia tempus brevis, ut donis Spiritus spatium aperiatur et praecepta gratia in ferventia proposita et certas inceptorum ordines convertetur. „Duc in altum“: Verba haec nobis hodie personant nosque simul compellunt.<sup>22</sup>

Ipse autem non dubito adfirmare viam meam non esse aliam quam ad sanctitatem seu vitam ecclesiasticam tendentem; itaque rebus saecularibus vel oeconomicis tandem relictis actione fervens et Deo vacans et ad sequendum Deum promptus triplice via futuram civitatem inquiram et Deo et Ecclesiae eius serviam. Deus gratiam suam concedat. Amen.

Monacensi, in Triduo Paschali 2003

1 LG 2  
2 LG 7  
3 LG 3  
4 LG 1  
5 LG 3  
6 LG 13  
7 LG 11  
8 SC 2  
9 LG 40  
10 1 Kor 12,11  
11 LG 12

12 LG 7  
13 LG 32  
14 LG 43  
15 LG 39  
16 Lev 11,44  
17 1 Thess 4,3  
18 LG 41  
19 SC 2  
20 SC 8  
21 SC 10  
22 novo millennio ineunte

VITAM AD DEUM dirigens conditori, qui creaturam sibi quasi oppositam ut amicam exaltavit, magnanime respondeo et, officium creaturae suscipiens et animam meam in explicatione libertatis secundum vocationem eius dirigens, invitationem eius toto pectore accipio.

Deus enim, haud satis habens mundum condere, Filio incarnato et Spiritu effuso et Ecclesia condita una cum sua creatura iter facit. Itaque ordinem quasi supranaturalem erigens Aeternus Pater nos ad participandam vitam divinam elevare decrevit, Filius Dominus nos redemit et in novam creaturam transformavit, Spiritus Sanctus lumen gratiae in cordibus nostris accendit. Hoc regnum salutis, iam praesens in mysterio, in Ecclesia veluti sacramento seu signo et instrumento intimae cum Deo unionis explicatur, ut, his in terris germinet et initium dum paulatim crescit, ad regnum consummatum anhelet.

Ad novum Dei populum vocati et per baptismum in Ecclesia incorporati, Ecclesiae condicionem, cuius proprium est esse humanam simul ac divinam, admirantes, vere filii Dei et consortes divinae naturae his in terris peregrini versamur. Spiritus ipse Sanctus dona sua dividens singulis prout vult inter omnis ordinis fideles distribuit gratias quoque speciales, quibus illos, de munere Christi participantem, aptos et promptos reddit ad suscipienda varia opera vel officia, ut secundum varietatem personarum diversitas viget membrorum et officiorum. Ecclesia enim, quae indefectibiliter sancta creditur, ex divina institutione, mira varietate ordinatur, dum non omnes eadem via incedunt, omnes tamen ad sanctitatem vocantur. Haec autem sanctitas a Deo, qui solus est omnis sanctitatis fons et origo, oritur et multiformiter exprimitur apud singulos, qui ad perfectionem tendunt. Quoniam scriptum est: « Sancti estote, quoniam ego Sanctus sum » et « Haec est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra ».

In variis vitae statibus et officiis una sanctitas excolitur, ut unusquisque vero secundum dona et munera per viam fidei vitae incunctanter incedere debeat. Proinde me oportet sanctificationem vivendo tenere atque magis perficere. Itaque vita mea, ipse Deum sequens et corde aperto semper oboediens, imprimis tribus modis – in quantum mihi videtur – proprie explicetur.

Quorum primus in via scilicet contemplationis agitur, ut cor, unum necessarium quaerens dum montem ascendit, ad Deum dirigatur et apud Deum parrhesia versatur.

Alter autem, Spiritu auxiliante, qui in omnem veritatem inducit, dum res fidei cogitantur etiam speculando illustrantur, ut veritas magis comprehendatur, sacrae doctrinae studet et proinde via theologiae nominatur, quae in nuntiando et praedicando finitur.

Tertius denique sacrificium laudis Deo decet cantare; sacram enim liturgiam celebrantes, in qua opus nostrae redemptionis exercetur, liturgiam caelestem praegustando participamus, quae in sancta civitate Ierusalem celebratur. Haec enim liturgia est culmen, ad quod omnis actio tendit, et simul fons, unde omnis eius virtus emanat.

Hoc itinere triplici, quod totum gratia sustentatur, quod tamen magnum flagitat spiritualem ardorem, gressus noster, qui inter persecutiones mundi et consolationes Dei peregrinando procurritur, necesse est speditur fiat, quia tempus brevis, ut donis Spiritus spatium aperiatur et praecepta gratia in ferventia proposita et certas inceptorum ordines convertetur. „Duc in altum“: Verba haec nobis hodie personant nosque simul compellunt.

Ipse autem non dubito adfirmare viam meam non esse aliam quam ad sanctitatem seu vitam ecclesiasticam tendentem; itaque rebus saecularibus vel oeconomicis tandem relictis actione fervens et Deo vacans et ad sequendum Deum promptus triplice via futuram civitatem inquiram et Deo et Ecclesiae eius serviam. Deus gratiam suam concedat. Amen.

Das Leben auf Gott hin ausrichtend gebe ich Gott, der sein Geschöpf als sein Gegenüber wie einen Freund erhoben hat, die große Antwort meines Lebens. Damit nehme ich seine Einladung aus ganzem Herzen an und will meiner Geschöpflichkeit gemäß in Ausübung meiner Freiheit seiner Berufung entsprechen.

Gott hat es ja nicht dabei belassen, die Welt zu begründen, sondern er selbst – mit der Menschwerdung des Sohnes und der Ausgießung des Hl. Geistes – geht zusammen mit uns auf dem Weg. So hat der ewige Vater damit gleichsam eine übernatürliche Ordnung grundgelegt und uns zur Teilnahme an seinem göttlichen Leben erhoben, der Sohn hat uns erlöst und uns zu einer neuen Schöpfung gemacht und der Hl. Geist entzündet in unseren Herzen das Licht der Gnade. Dieses Reich Gottes, schon gegenwärtig im Mysterium, wird in der Kirche als dem Sakrament, d.h. Zeichen und Werkzeug der innersten Vereinigung mit Gott, ausgefaltet, auf daß sie, während sie als Keim und Anfang in dieser Welt allmählich wächst, sich verlangend nach dem vollendeten Reich ausstreckt.

Zum neuen Volk Gottes berufen und durch die Taufe in der Kirche eingegliedert, die ja von ihrem Wesen her zugleich menschlich und göttlich ist (was wir nur bewundern können), sind wir wahrhaft Kinder Gottes und seiner Natur teilhaftig, auch schon solange wir noch als Pilger auf dieser Erde unterwegs sind. Der Heilige Geist teilt seine Gaben den Einzelnen zu, wie er will; er selbst hat unter den Gläubigen eines jeden Standes noch einmal besondere Gnaden verliehen. Damit macht er jene, die so am Amt Christi teilhaben, geeignet und bereit, verschiedene Aufgaben und Dienste zu übernehmen, auf daß entsprechend der Verschiedenheit der Personen auch eine Bandbreite von Gliedern und Diensten waltet. Die Kirche nämlich – unzerstörbar heilig – besteht nach Gottes Willen in einer wunderbaren Mannigfaltigkeit. So sind, auch wenn nicht alle auf demselben Weg einerschreiten, dennoch alle zur Heiligkeit berufen. Diese Heiligkeit nimmt von Gott, dem Ursprung und der Quelle aller Heiligkeit, ihren Ausgang und findet auf vielfältige Weise ihren Ausdruck bei allen, die auf je ihre Weise nach Vollkommenheit streben. Es steht ja geschrieben: „Seid heilig, denn ich, euer Gott, bin heilig“ sowie „Dies ist der Wille Gottes, eure Heiligung“.

In den verschiedenen Verhältnissen und Aufgaben des Lebens wird die eine Heiligkeit von allen entfaltet, auf daß ein jeder entsprechend seinen spezifischen Gaben und Aufgaben auf dem Weg eines lebendigen Glaubens voranschreiten muß. So kommt es auch für mich darauf an, die Heiligkeit in meinem Leben zu wahren und stets mehr zu vervollkommen. Aus meiner Sicht soll dies, in der Nachfolge Gottes mit offenem Herzen und stets gehorsam, insbesondere auf eine dreifache Weise erfolgen.

1. Kontemplation: auf daß das Herz – während des Aufstiegs das eine Notwendige suchend – auf Gott gerichtet und in großer Vertrautheit mit ihm verbunden sei (in der Gegenwart Gottes leben)

2. Theologie: die Dinge des Glaubens bedenken und interpretieren und die Wahrheit so noch besser zu erfassen – mit Hilfe des Geistes, der in die ganze Wahrheit einführt –, was letztlich in Weitergabe und Verkündigung mündet

3. Gotteslob: die heilige Liturgie, in der sich das Werk unserer Erlösung vollzieht, in deren irdischer Gestalt wir bereits vorauskostend an der Liturgie des himmlischen Jerusalems teilnehmen, ist der Gipfel, auf den jedes Tun zustrebt, und zugleich die Quelle, von der die Kraft dazu ausgeht.

Auf diesem dreifachen Weg, der ganz von Gnade getragen ist, der aber dennoch einen starken geistlichen Einsatz verlangt, muß unser Schritt – zwischen den Versuchungen dieser Welt und den Tröstungen Gottes – schneller werden (denn die Zeit ist ja nur kurz), um den Gaben des Geistes Raum zu geben und die empfangene Gnade in eifrige Vorsätze und konkrete Ansätze umzusetzen. „Fahr hinaus“: Diese Worte erklingen heute auch für uns und nehmen uns damit in Anspruch.

Ich selbst bin mir sicher, daß mein Weg ganz auf Heiligkeit und kirchliches Leben hin gerichtet ist. Nachdem ich die weltlichen und wirtschaftlichen Dinge nun endlich hinter mir gelassen habe, will ich – glühend im Tun, ganz für Gott frei und zur Nachfolge bereit – die zukünftige Stadt suchen sowie Gott und seiner Kirche dienen. Mit Gottes Hilfe. Amen.